Iosue.

sunt in gentibus Ioseph. Quibus transactis et fili
bus suis. Post mortem meam deus visitabit vos
et ascendet faciet de terra ad terram quam
iuravit abraham. ysaac. et iacob. Cum q; adu
rasset eos atq; dixisset. deus visitabit vos. as
portate ossa mea de loco isto: mortu
us est expletis centum et x. anis sue aetatis et co
ditus aromatibus repositus est in sarcofago in egypto.

Explicit liber
mina filii genesis. In
cipit exodus.

Et sunt nomina filiorum israel qui ingressi sunt in egyp
tum cum iacob. singuli cum domibus suis introie
runt. Ruben. Symeon. Leui. iuda. Issachar. Za
buloni. Beniamin. dan. et nephtalim. gad. et aser.
Erant igitur omnes animae eorum qui egressi sunt de femore iacob: septua
ginta quinq; Ioseph autem in egypto erat. Qui
mortuo et universis fratribus eius. omnique cognatio
ne sua: filii israel creuerunt et quasi germinantes
multiplicati sunt ac roborati nimis imple
uerunt terram. Surrexit interea rex nouus super
egyptum qui ignorabat: ioseph. et ait ad plebem
suam. Ecce populus filiorum israel multitudo et fortior no
bis est. Venite sapienter opprimamus eum: ne
forte multiplicetur. Et si ingruerit contra nos bellum addatur inimicus noster. expugnatisq;
nobis egrediatur de terra. Igitur magistri ope
rum imposuerunt eis hominibus. Et ut
afflicti eorum premerent onera. Aedificauerunt q; urbes tabernaculorum pharaoni
phithon et ramesses. Quanto q; opprimebant eos
tanto magis multiplicabantur et crescebant.
Oderantq; filios israel egyptii et affligebant.
illudentes eis. atq; ad amaritudinem perdue
bant uitam eorum operibus duris luto et latere.
omnique famulatu quo in eis operibus premebant.
Dixit autem rex egypti obstetricibus ebreorum
quarum prima uocabatur sephora. altera phua:
precipiens eis. Quando obstetricabimini hebreas et
parturit tempus aduenit: si masculus fuerit nascitur
fuerit illum. si femina reseruate. Timuerunt autem
obstetrices deum. et fecerunt iuxta preceptum
regis egypti. et conseruabant mares. Quibus
ad se accersitis: rex ait. Quodnam est quod facere no
luistis ut pueros reseruaretis: Que respondentes
non sunt hebree sicut egyptie mulieres. Peritis
enim hunc obstetricandi scientiam. et priusquam ueniamus ad eas parturiunt. Bene ergo fecerunt obstetri
bus. Et crescit populus confortatus q; est nimis.
Et quia timuerunt obstetrices deum: edificauit
illis domos. Precepit autem pharao omni gentiq;
suo dicens. Quicquid masculi fuerit natum
hunc in flumen proicite. quicquid feminae reseruate

II Egressus igitur de domo leui accepit u
xorem stirpis sue. Que concepit et peperit filium.
Et uidens eum elegantem abscondit eum men
sibus. Cum q; iam celare ultra non posset. sumpsit sibi
arcam cerea. et linuit eam bitumine ac pice.
posuitq; eum in fiscellam. et posuit eam in
ripa fluminis stante paulisper sororis eius. et con
sistente exercitum rei. Ecce autem descendebat
filia pharaonis ut lauaretur in flumine et pue
ros eius gradiebantur per ripam fluminis. Que
cum uidisset fiscellam in papirione: misit ima
ne famulas suas. et allatam aperiens. cumq; in
ea parvulum uagientem: miserta eius ait. De
infantibus hebreorum hic est. Cui soror pueri dix
it ut uadam et uocem tibi hebream mu
lierem si infantulum posset nutrire: Respon
dit. Vade. Perrexit puella: et uocauit matrem eius.
Ad quam locuta filia pharaonis: accipe ait
puerum istum et nutri eum mihi. ego tibi dabo
mercedem tuam. Suscepit mulier et nutriuit
puerum: adultumq; tradidit filie pharaonis. Quem illa adoptauit in filium. uocauitq; nomen eius moysen. dicens. Quia de aqua a
tulimus eum. In diebus illis postquam creuerat mo
yses egressus est ad fratres suos et uidit afflictionem
eorum. et uirum egyptium percutientem quem
de hebreis fratribus suis. Cumq; circumspexisset
huc atq; illuc et nullum adesse uidisset: percus
sum egyptium abscondit sabulo. Et egressus
die altero conspexit duos hebreos litigantes.
Dixitq; ei qui faciebat iniuriam. Quare per
cutis proximum tuum? Qui respondit. Quis te con
stituit iudicem et principem super nos? Numquid
occidere me uis sicut occidisti heri egyptium?
Timuit moyses et ait. Quomodo palam factum
est hoc uerbum istud? Audiuit q; pharao sermonem
hunc et quaerebat occidere moysen. Qui fugiens
de conspectu eius morabatur in terra madian.
et sedit iuxta puteum. Erant autem sacerdoti
madian. septem filie. que uenerunt ad haurien
dam aquam. et implentes canalibus cupiebant
ad aquare gregem patris sui. Supuenerunt pa
stores et eiecerunt eas. Surrexit q; moyses. et
defensis puellis adaquauit oues earum. Que
cum reuertissent retro ad Raguel patrem suum
dixit ad eas. Cur uelociores uenistis solito?
Responderunt. Vir egyptius liberauit nos de ma
nu pastorum. Insuper et hausit nobiscum aq;
potumq; dedit ouibus. At ille. Vbi est inquit.
Quare dimisistis hominem? Vocate eum ut
comedat panem. Iurauit ergo moyses q;
habitaret cum eo. Accepitq; sephoram filiam
eius. Que peperit ei filium. quem uocauit gersan
dicens. Aduena fui in terra aliena. Alterum
uero peperit quem uocauit eliezer. dicens.
Deus enim patris mei adiutor meus et eripu
it me de manu pharaonis. Et multum
temporis mortuus est rex egypti. Et ingemuerunt
filii israel propter opera. et clamauerunt. Ascen
ditque clamor ad deum ab operibus. et audiuit ge
mitum eorum. ac recordatus est federis quod pepigerat cum abraham. ysaac. et iacob. Et respexit
dominus filios israel et iniuriam eorum.

III Moyses autem pascebat oues iethro soceri sui sacerdotis madian. Cumq; minasset gregem ad
interiora deserti: uenit ad montem dei o
reb. Apparuitq; ei dominus in flamma ignis
de medio rubi. Viditq; quod rubus arderet:
et non combureretur. Dixit ergo moyses. Da
bam et uidebo uisionem hanc magnam:
quare non comburatur rubus. Cum uidisset autem
dominus quod pergeret ad uidendum: uocauit

III

LASANZ

eum de medio rubi. et ait moyses. moyses.
Qui respondit. Adsum. At ille. Ne appropiaveris huc. solue calceamentum de pedibus tuis. locus enim
in quo stas terra sancta est. Et ait. Ego
sum deus patris tui. deus abraham. deus ysaac et
deus iacob. Abscondit moyses faciem suam.
non enim audebat respicere contra dominum. Cui
ait dominus. Vidi afflictionem populi mei qui
est in egypto. et clamorem eius audivi. propter duri
tiam eorum qui premunt opprimunt. Et iuxta dolorem
eius descendi ut liberem eum de manibus
egyptiorum. et educam eum de terra illa in terram
bonam et spaciosam. in terram quae fluit
lacte et melle. ad loca chananei. hethei. et
amorrei. et pherezei. et hevei et iebusei. Clamor
ergo filiorum israel venit ad me. vidi quoque afflic
tionem eorum qua affligunt egyptii eos. Et
ideo mittam te ad pharaonem.
ut educas populum meum filios israel de egypto. Dixit moyses ad deum. Quis ego sum
ut vadam ad pharaonem. et educam filios
israel de egypto. Qui dixit ei. Ego ero tecum.
Et hoc habebis signum quia misi te. cum
educeris populum meum de egypto. in
monte hoc servabis deo super montem istum. Ait moyses ad deum. Ecce ego vadam ad filios
israel. et dicam eis. deus patrum vestrorum misit
me ad vos. si dixerint mihi. quod sit nomen
eius. quid dicam? Dixit deus ad moysen.
Ego sum qui sum. Ait. Sic dices filiis israel. Qui est misit me ad vos. Dixit quoque
deus ad moysen. Hec dices filiis israel.
Dominus deus patrum vestrorum deus abra
ham. deus ysaac. deus iacob misit me
ad vos. Hoc nomen meum in eternum. hoc
memoriale meum in generatione et generatio
nem. Vade congrega senores israel. et dices
ad eos. Dominus deus patrum vestrorum ap
paruit mihi. deus abraham. deus ysaac. et
deus iacob. dicens. Visitans visitavi vos
et vidi omnia quae acciderunt vobis in egypto.
Et dixi ut educam vos de afflictione egyp
ti. in terram chananei. hethei. et amorrei
et pherezei et hevei et iebusei. ad terram fluentem lacte et melle. Audient vocem meam. Ingrediere
cum senioribus israel ad regem
egypti. et dices ei. Dominus deus
hebreorum vocavit nos. Iibimus viam
trium dierum in solitudinem. ut sacrificemus
domino deo nostro. Sed ego scio quod non permittat te
vos ire egypti ut eatis nisi per manum
validam. Extendam enim manum meam. et percutiam egyptum omnibus mirabilibus
meis quae faciam in medio eius. Et sic
hec dimittet vos. Dabo quoque gratiam populo huic
coram egyptiis. Et cum egrediemini non
exibitis vacui. Postulabit mulier ab vicina
sua et ab hospite sua vasa argentea
et aurea vestes. ponetque eas super filios et
filias vestras. et spoliabitis egyptios. Re
spondens moyses ait. Non credent mihi
nec audient vocem meam. Sed dicent. Non
apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eum
dominus. Quid est quod tenes in manu tua? Respondit.

Virga. Ait. Pone eam in terram. Proiecit eam
in terram. et versa est in colubrum. ita ut fugeret moyses.
Dixitque dominus. Extende manum tuam
et apprehende caudam eius. Extendit et tenuit.
versa est in virgam. Ut credant quod
apparuerit tibi dominus deus patrum tu
orum. deus abraham. deus ysaac. deus iacob. Di
xit quoque dominus rursum. Mitte manum tuam
in sinum tuum. Quam cum misisset manum
suam in sinum suum. protulit eam leprosam quasi nix. Rursum
ait. Mittite manum tuam in sinum tuum. Et extraxit
protulit rursum. et erat similis carni reli
qui non crediderint neque audierint vocem prioris
signi. credent vocem sequentis signi. Quod si nec
duobus quidem hoc signis crediderint. neque audierint vocem
tuam. sume de flumine aquam. et effunde eam
super aridam. et quicquid hauserit de flumi
ne mutatur in sanguinem. Ait moyses. Obse
cro domine. nondum eloquens ab heri et nudi
ut heri. ex quo locutus es ad servum tuum
impeditionis et tardioris linguae sum. Dixit
dominus ad eum. Quis fecit os hominis
aut quis fabricatus est mutum et surdum.
videntem et cecum? Nonne ego? Perge igitur
ego ero in ore tuo. docebo quid loquaris
Ait ille. Obsecro mittas quem
missurus es. Iratus dominus in moysen ait.
Aaron frater tuus levites ipse quoque eloquens
fit. ecce ipse egredietur in occursum tuum. Qui
cum viderit letabitur corde. Loquere ad eum et po
ne verba mea in ore eius. ego ero in ore tuo et
in ore illius. et ostendam vobis quid agere debeatis.
ipse loquetur pro te ad populum. et erit os tuum. tu autem eris ei in his quae ad deum pertinent. Ver
gam quoque hanc virgam in manu tua. in qua fa
ciunt ea signa. Abiit moyses. et reversus est ad
socerum suum. dixitque ei. Vadam et re
vertar ad fratres meos in egypto. ut videa
m si adhuc vivant. Cui ait socerus. Vade in pace.
Dixit ergo dominus ad moysen in madian.
Vade. revertere in egypto. mortui sunt enim
omnes qui quaerebant animam tuam. Tu
lit moyses uxorem suam. et filios suos. et im
posuit eos super asinum. reversusque est in egyptum
portans virgam dei in manu sua. Dixit quoque
dominus ad eum. Revertenti in egyptum. vide ut ope
ra quae posui in manu tua facias coram pha
raone. Ego indurabo cor eius ut non dimittat populum. Hoc ergo ad eum. Hec dicit dominus
filius primogenitus israel. Dico tibi. dimitte
filium meum ut serviat mihi. si nolueris
dimittere eum. Ecce ego interficiam filium
tuum primogenitum. Cum esset in via in
diversorio. occurrit ei dominus. et volebat occidere
eum. Tulit illico sephora acutissimam petram
et circumcidit praeputium filii sui. Tetigit pe
des eius. et ait. Sponsus sanguinis tu mihi
es. Et dimisit eum postquam dixit. sponsus sanguinis tu mihi es propter circumcisionem.
Dixit autem dominus ad aaron. Vade in occursum moysi in deserto. Qui pertransiit ob
viam in montem dei. et osculatus est eum.
Narravitque moyses ad aaron omnia verba